



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96520](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96520)

13 † Tū concludo, eas pari modo ad illā admittendas fore, nā Antonius maria hmoi tertiam debuit referuare filiā primū matrimonij, nec de illa potuit disponere alicui personæ relinquendo, cū ipse transiuerit ad secunda uota, ut est tex. clarus in l. fœminæ §. illud C. de secundis nuptijs: Nec refert, an transiuerit ad scdā uota ante mortē, uel post mortē filij, cui ab intestato successit, qm̄ quoad bona, quæ perueniunt à matre ad ipsum filiū, & de filio ad patrē, pater, q̄ transiuit ad secunda uota, dumtaxat habet vsum fructū, reseruata p̄prietate alijs filijs, seu filiā primū matrimonij, & sororib. illius filij, cui p̄ successit, ut est tex. in l. mater, & ibi doct. post glo. C. ad Terrul. & nota in d. l. fœminæ §. illud, iuncto §. hinc nobis in auth. de nuptijs, & per Bartolū, & alios in d. l. mater: Et si diceretur, q̄ hæc iura loquuntur in matre, & non in patre, & fœminæ plus delinquent, seu plus grauant, & puniuntur p̄ stuprum, & transitum ad secunda uota, q̄ matres, ut in l. i. cū ibi not. C. de secun. nupt. & in auth. iisdem pœnis c. o. tit. ergo & c. Rñdeofidem, quod statutum est in fœminis, locum ē habere in manibus, ad quos aliquid peruenit ex successione filij primū matrimonij ab intestato decedentis, ut ipsi parentes priuentur proprietate illorum bonorū, q̄ reseruare tenentur filijs primū matrimonij p̄ transitū ad secunda uota, ut uoluit gl. in d. l. fœminæ §. illud, q̄ pro valde notabilib. notant doct. in d. §. illud, ubi Salic. casum hunc satis plenē examināt, & tū concludit exemplificando p̄prietate in terminis nostris, q̄ pater eodē mō, sicut mater, priuetur proprietate bonorum, quæ perueniunt ad ipsum ex successione ab intestato filij primū matrimonij p̄ transitum ad secunda uota, alijs filijs primū matrimonij existentibus, quia ipse illa bona tenet reseruare dictis filijs, seu filiabus primū matrimonij, & de illis nullo mō pōt disponere in testō, nec inter uiuos: & cum ponat q̄onem, & casum in puris terminis nostris, prout ipse de facto habuit, ille inspiciatur: Præterea pater, sicut mater, succedit filio cū fratrib. filij defuncti, ut in d. auth. defuncto, ergo sicut mater in casu proposito tenetur reseruare filijs primū matrimonij, ita & pater, q̄a in utroq; est par ratio ad instar lucrorum nuptialium: itē q̄a pater facit iniuriā, sicut mater, filijs primū matrimonij, & coniugi primæ, transeundo ad secunda uota, uel luxuriose, & incontinenter uiuendo iuxta not. in l. cum alijs C. de secun. nupt. & ita dicit Salic. se obtinuisse, quare casum ibi decisiū habemus. Et ex p̄dictis apparet rñsum ijs, q̄ supra adducta sunt in 3. rium qm̄ per transitū ad secunda uota pater priuatur proprietate bonorū, solū reseruatio sibi vñfructu in eius uita, & ita limitatur, & declaratur id, quod hñ in d. auth. defuncto cum sim. Et in hanc sententiam semper consulere, & iudicare consueui. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

- 1 Legitimus per subsequens matrimonium non excludit substitutum sub illa conditione, si bonoratus decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, quāuis hoc modo censeatur legitime natus. Secus si dictum esset, si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus. Quid si dictum esset, sine filijs legitime natis num. 3.
- 2 Legitimus per subsequens matrimonium dicitur legitimus à canone, & sic à Papa mortuo.
- 4 Et facilius admittitur ad feudum, seu ad emphyt. ecclesiæ concessam pro filijs legitimis, & legitime natis, quam ad faciendum desicere conditionem, si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, & quare.
- 5 Naturalium filiorum olim tria genera esse ceperunt.
- 6 Qualitas certa, quæ à principio, & sic certo tempore debet ad

esse, non sufficit, q̄ quoq; modo ex postfacto superveniat.
 7 Testator excludendo substitutum ob filios, & descendentes natos ex legitimo matrimonio, vñ successorii decorē considerasse.
 8 Testator faciens mentionem de filijs naturalibus natis ex legitimo matrimonio vñ naturam, & non accedens in spē nati.
 9 Per matrimonium subsequens ad hoc, ut quis legitimeetur quoad effectus civiles, quid requiritur.

E P I T O M E.

Legitimus per subsequens matrimonium non excludit substitutum sub illa conditione, si bonoratus decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, hic ostenditur.

C O N S I L I V M C L X V I I.

DILIGENTER consideratis oib. que in p̄senti cā doctissimē, elegantissimē, & copiosissimē deduxit clarissimus, & inter alios summā doctrinā iureconsultus D. Marcus Asinius nobilis Florentinus, & si ipse nihil, quod antiquis, & modernis dictū in hoc articulo fuerit, in tactum dimiserit, adeo ut nullus locus mihi, aut cuilibet alteri relictus sit, tū ut uentati, & auctoritati ipsius D. Marci satisfaciā, nullis ferē additis, snām suam uti de iure ueriores, & iudicio meo magis cōem laudo, & approbo, q̄ in casu, de quo agitur, † legitimatus per subsequens matrimonium substitutum sub illa conditione, si filius honoratus decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, non excludat, quāuis hoc modo legitimatus censeatur legitime natus, ut est de mente glo. in c. tanta qui fil. sint legit. & in c. innotuit in uer. coniugata de elect. & in c. qualis 30. q. 5. per tex. in c. cum in cunctis, iuncto d. c. innotuit de elect. quia longē distant, an testator dixerit simpliciter sine filijs legitimis, & naturalibus, uel sine filijs legitime natis, & tunc fortē ipse legitimatus per subsequens matrimonium substitutum excludat auctoritate canonis d. c. tanta, & d. c. innotuit, iuncto d. c. cum in cunctis, sicut si illegitimus foret legitimatus à Papa, qui pōt super radice matrimonij disponere, seu dispensare, ut uoluit insignis p̄ceptor meus D. Barthol. Soc. in l. Gallus §. i. eius in 3. col. ff. de lib. & posth. uerū tertius casus: nam † legitimatus per subsequens matrimonium dñ legitimatus à canone, & sic à Papa mortuo, d. c. tanta, qui super radice matrimonij disponere, seu dispensare potuit cap. non debet de consangu. & affin. & not. in c. lites de resti. spolia. An uero testator dixerit sine filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, seu nascituris, & sic uisus fuerit his uerbis pregnantibus, & geminatis, quæ sunt maioris uirtutis, & efficacis, q̄ simpliciter prolata, arg. l. balista, & ibi Bar. ff. ad Treb. & hñ plene per Felin. in c. cautio extra de fide instr. qm̄ hoc in casu legitimatus p̄ subsequens matrimonium nō dicit substitutum sub hmoi condōne excludere: licet n. uerum sit legitimatum per subsequens matrimonium esse legitimū, & naturalē, uel legitime natū ad gl. in d. c. tanta, in d. c. innotuit, in d. c. qualis, & per Paulū de Castr. in l. fin. C. de his, qui ueniā aet. impetra. tū uerū non est, ipsum esse legitimū, & naturalē, & ex legitimo matrimonio natū ad effectū excludendi substitutum per fideicommissum, ut fuit originale d. D. Anto. de Butr. in c. per uenerabilem col. 19. qui fil. sint legit. quem sequuti sunt Dec. in consi. 155. in fi. uer. Bal. in consi. 482. lib. 3. Alex. in consi. 5. attentis narratis lib. 7. Ruin. in consi. 92. de duobus & c. lib. 3. qui dicit neminem in hoc discrepare: nam etiam si quando dictum fuit simpliciter, si sine filijs legitimis, & naturalibus legitime

me natis, sit dubium, an legitimatus per subsequens matrimonium dicat substitutum excludere per ea, quae uoluit Dec. in d. consil. 155. & in consilijs precedentiibus, tñ qñ testator vñs fuit illis verbis geminatis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, tunc Decius ibi, & ceteri cõiter sequuntur, qñ substitutus nō sit excludendus. ¶ Præterea tñ uerior vñ opinio, magisq; cõis, qñ substitutus sub cõdõne, si filius decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus legitimè natis non excludatur, si decesserit cū filio legitimo per subsequens matrimonium, quia testator habuit relationē ad tps natiuitatis, quo in tpe ille nondū erat verè legitimatus, cum post illius natiuitatem eius pater cū sua matre xerit matrimonium, ut uoluit Bal. in d. l. Gallus §. si eius, Ang. in di spūatio. incipient. nobilis & c. D. Anto. in d. c. per venerabilem col. 19. Paul. de Castr. in consil. 340. circa primum li. 2. Bal. in c. 1. §. naturales col. 2. si de feudo fuerit controuer. uerū, quaro, quid de legitimatis, Mod. in d. c. per venerabilem 10. q. in 21. col. Guido Pap. in q. 482. l. 10. de Imol. in l. ex facto col. 4. ff. de vul ga. & pup. Alex. in consil. 5. uol. 7. & in consil. 87. col. 9. facit, quod uoluit Bal. in c. per tuas de maior. & obe dien. Soc. in consil. 63. col. 1. in 3. uol. faciunt ea, quae uoluit Bald. in consil. 13. cum tribus sequentibus, & Ruin. in d. consil. 192. qui uolunt, qñ ad excludendum substitutum dñia sit, an fuerit substitutus sub conditione, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, an verò sub conditione, si decesserit sine filiis legitimè natis: nam hoc ultimo casu tñ legitimatus per subsequens matrimonium non dicitur substitutum excludere, quia uerum non est, illum esse propriè legitimè natum: & in conditionibus uerba sunt uerè, & propriè intelligenda l. qui haredi. l. maius ff. de cond. & demonst. Bart. in d. l. Gallus §. & quid sit tñ. ¶ Nec obstant not. in d. c. tanta per illum tex. in d. c. innotuit, & in d. c. qualis: quia probant, legitimatum per subsequens matrimonium fctē, & impropriè dici legitimè natum: Et idē conditio de legitimè natis non uerificatur in legitimo per subsequens matrimonium, quamuis comprehendatur sub dispositione loquente de legitimè natis, ut in d. c. innotuit, innot. d. c. cum in cunctis. Si igitur condō loquens de legitimè natis non uerificatur in legitimo matris per subsequens matrimonium ad tradita per Antonium in d. cap. per venerabilem, & per alios supra allegatos, multo minus in eis uerificabitur illa conditio geminata, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, seu nascituris: quo fit, ut si substitutus non est excludendus, qñ fuisset simpliciter dictum, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus legitimè natis, ut uoluit Paul. Castr. in d. l. si. C. de his, qui uen. xta. imp. & Alex. in d. consil. 5. in 7. uol. & expressè Bal. in d. l. Gallus §. si eius, & Ant. de Butr. in d. c. per venerabilem, quicquid Decius in hoc uoluerit in d. consil. 155. multo magis idem dicendū sit, qñ testator vñs fuit illis uerbis geminatis, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis: tunc enim magis apparet de eius mente, qñ noluisset substitutum debere excludi ab eo, qui fuit per subsequens matrimonium legitimatus: Et hanc pñtiam ita sumptā in indiuiduo uoluit D. Antonius in d. c. per venerabilem col. 19. quem ceteri cõiter sequuti fuerunt, ut dictum est. ¶ Ex quibus infer, qñ legitimatus per subsequens matrimonium facilius ad feuda, seu ad res emphyteoticas ecclesiae ad mittetur, qñ concessio facta fuit pro filiis legitimis, & legitimè natis, seu natis ex legitimo matrimonio, ut uolunt doctores in d. c. tñra, & in d. c. j. natu

rales cum similibus, qñ talis sic legitimatus ad exclusionē substituti faciat deficere conditionem, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, vel illā, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, nam primo casu dispositiue facta fuit mentio de legitimè natis, seu de natis ex legitimo matrimonio, qui & si propriè non dicantur legitimè nati, tñ impropriè, & fctē censentur nati legitimè d. c. innotuit cum gli. undō d. c. cū in cunctis. gl. in d. c. tanta, & in d. c. qualis: Secundo verò casu non cõtinetur legitimatus per subsequens matrimonium, quia uerba in conditionib. propriè intelligenda, ac tñ adimplenda sunt d. l. mēius cum alijs supra allegatis: & hāc opinionem in indiuiduo sequitur Bal. in d. consil. 482. dicens illam de iure ueram esse, & sequendam, quia tñ olim tria genera filiorum naturalium esse ceperunt, eorū scilicet, qui legitimi verè nascebantur ex vxore mediante vinculo matrimoniali l. filii diffinimus ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, itē illorū, qui illegitimè nascebantur ex illegitimo coitu, & extra fœdus matrimonij, ut per totū C. de naturalib. liber. & C. de incest. nuptijs, tertio illorum, qui legitimam dñr, & diuersimodē, ut in auth. quib. modis naturales efficiantur. legitimi, & in d. c. per venerabilem, & in d. c. tanta: ergo isti oēs tanq̃ diuersæ speciei inter se substantia differre dñr, quia dñia speciei differunt tñ substantia l. fin. ff. de fundo instructo, ergo impossibile est, pñriē & uere loquendo, qñ legitimati quocunque, & sic tñ per subsequens matrimonium dicantur legitimè nati, seu nati ex legitimo matrimonio. ¶ Præterea tñ qñ certa qualitas debet ab origine, & sic certo tpe, adesse, non sufficit illam quo qñ ex postfacto superuenire l. quid ergo ff. de his, qui norantur infam. ergo non sufficit qualitatē legitimatis requisitam, tpe natiuitatis ex postfacto mediante aliquo facto, iure approbato superuenire ad effectum, ut subiectum illud propriè esse dicatur. Rursus tñ testator excludendo substitutum ob filios, & descendentes natos ex legitimo matrimonio, considerauit decorem successorum, argo l. non tñ §. si emancipatus ff. de bonorum poss. contra tabulas, & l. generaliter §. cum autem C. de insti. & substit. sub cond. fact. & l. fin. circa finem C. de naturalib. liber. Sed in descendentes legitimatis tñ per subsequens matrimonium ille candor successione non datur, ut colligitur ex ijs, quae uoluit Alex. in l. 3. in princ. 1. col. ff. de liberis & posth. & per eundem post Imolam in l. ex facto §. si quis rogatus ff. de trebellianum, ergo & c. ¶ Præterea tñ testator exprimendo de filiis naturalibus natis ex legitimo matrimonio vñ naturam, & non accidens in spexisse l. si ita quis §. is, cui ff. de legat. 2. l. fideicom. ff. de cond. & demonst. & ipsam genituram, ueramque, & naturalem natiuitatem considerasse censetur, ut uerba inferunt, quae semper in dubio sunt naturaliter, & non accidentaliter intelligenda l. qui habet in princ. ff. de tutel. ergo non debent comprehēdi illegitimè nati, qui ex postfacto tñ per subsequens matrimonium legitimati fuerunt, quib. dici possent legitimè nati impropriè, seu ad similitudinem eorū, qui uerè ex legitimo matrimonio nati fuerunt, licet. n. hi ad inuicem dicantur similes c. 1. & d. c. tanta qui filij sint legitimi, l. cum qs, l. nuper C. de natur. liber. §. si. Insti. de nupt. tñ id, qd est simile, non est idem l. quod uerua cum gl. ff. de poss. & d. cap. per venerabilem: ergo donec aliquis superest naturalis, qui sit ab origine legitimus, ille, qui ex postfacto accidentaliter fuit propter matrimonium subsequens legitimatus, non debet admitti, nec excludere substitutum contra mentem

testatoris, q̄ colligit ex illis uerbis ex legitimo matrimonio natis: & hæc est ueritas, ut inquit Bal. in d. cōf. 482. q̄ ceteris reiectis sequi debemus c. ueritate c. qui contempta s. dist. 4. ¶ Suadent p̄missa, nam t̄ ad hoc, ut quis per subsequens matrimoniū legitimef quoad effectus ciuiles, requirit, q̄ sit talis mulier, cū qua honeste q̄s matrimoniū p̄here possit, ut uoluit Bal. in cillud in 2. col. extra de p̄sumptio. Et ideo si nobilis matrimoniū p̄hat cū ignobili, infami, & abiecta, seu meretrice, quæ infamis censet, ut p̄supponunt cōiter legitæ in l. fratres C. de inoffi. testa. cum qua nobilis non p̄t honeste p̄here, ut est tex. in l. hu milem C. de incest. nuptijs, si cū illa post susceptione filij illegitimi matrimoniū p̄xerit, talis filius non dicef effici legitimus ad effectū, ut ipse substitutū excludat, & faciat deficere cōdōnem, si decesserit sine filijs legitime natis, seu ex legitimo matrimonio natis, ut ibi per Bal. qui idē uoluit, si quis p̄hendendo matrimoniū cum muliere, ex qua prius illegitimiū habuit filiū, non consecerit infra dotalia, qm̄ licet matrimonium in se valeat saltē de iure canonico, non tñ quoad effectū, ut filij legitimetur saltem quoad effectus ciuiles, ut ēt uoluit gl. in §. dubi tatū in ver. confectio in auth. de incest. nup. & est gl. in §. si in ver. instris instrit. de nupr. & faciunt ea, q̄ uolunt Ioā. de Imol. & Alex. in d. lex factō §. si quis rogatus, arg. illius tex. ff. ad Treb. Sed in casu occurrenti mulier, cū qua matrimoniū fuit p̄ctum, erat ignobilis, & meretrix, & uir erat nobilis, ut in facto p̄supponit, itē infra dotalia confecta non fuerūt, ergo filius non potuit dici legitimatus quoad effectū excludendi substitutū, & faciendi deficere conditionē illā, si decesserit sine filijs legitime natis, seu ex legitimo matrimonio p̄creatis, qm̄ hic effectus excludendi substitutū, & faciendi deficere conditionē illā censetur effectus ciuiliū l. gñaliter §. cum aut ibi iusta sobole C. de instrit. & substi. sub conditio. fact. l. cum acutissimi C. de fidei. l. cum auus cum materia ff. de condi. & demonst. & faciunt ea, quæ hñr in d. c. tanta per Io. Andræ, Hostiensē, & Moder. distinguendo inter effectus ciuiles, & canonicos: facit et, quod uoluit Ang. in §. sed & aliud in auth. quib. modis naturales efficiantur legitimi, quē sequitur Ruin. in uarijs, & diuersis consilijs, ueluti refert eximius D. Consultor, cui meritisimē assentior, eiusq; opinionē tanq̄ uerā probo, remittendo me in reliquis omnibus suo prudentissimo cōsilio.

S V M M A R I V M.

- 1 Natus ex clerico in sacris constituto spurij appellatione continetur, et legitimari potest ab eo, qui habet potestatem legitimandi naturales, spurios, incestuosos, manseres, bastardos, & ex quocunq; illicito coitu procreatos.
- 2 Naturalium quoq; appellatione contineri potest.
- 3 Legitimatio de illo ualeat, si expressa sit qualitas spurietatis in genere, atq; mētiōe, q̄ sit natus ex clerico in sacris p̄stituto.
- 4 Legitimatio si facta sit nedū attentis defectib. expressis, sed et maioribus, quos spurius pateretur, perinde est, ac si expressē mētiō facta esset de oī defectu, & qualitate illegitimitatis.
- 5 Legitimans si intendat super omni defectu dispensare, legitimatio ualeat, quāuis omnes defectus non sint expressē specificati.
- 6 Legitimatus etiam ad feuda, & emphyteot. ecclesia rectē ad illa admittitur.
- 7 Legitimatus simpliciter ad emphyteosim quoq; priuati dicitur legitimatus, secus quoad emphyteosim ecclesie.
- 8 Habens à Papa potestatem legitimandi nedū ad successiones, & hereditates parentū, sed et quorumcunq; bonorū, censet habere hanc potestatem et quoad bona feudalia, & emphyteotica. Et comes quoad illa bona potest expressē, & specialiter legitimare unum. x i.

- 9 Legitimandi priuilegium comiti concessum est fauorabile latissimè interpretandum: Secus est in usu legitimandi, qui tanquam odiosus strictè debet interpretari.
- 10 Iuri alieno in dubio præiudicatum non debet intelligi.
- 12 Legitimatio ad instantiā patris uiuentis ad præiudiciū collateraliū ab intestato uenientium, illisq; non citatis, fieri pot.
- 13 Et absq; præiudicio ascendentium, & descendentium facta non comprehendit collaterales.

E P I T O M E.

Legitimationē factā de spurio nato ex clerico, licet non sit spāliter expressum, q̄ esset natus ex clerico, sed mētiōe in genere de spurietate facta, hic ualuisse.

Er ad emphyteosim à priuato concessam extendi, & legitimatum posse succedere in bonis patris exclusis transuersalibus agnatis, & consanguineis, non obstante clausula in legitimatiōe appolita, v3 absq; p̄iudicio ascendentū, & descendentū in legitima eis debita iure natura, hic demonstrat.

C O N S I L I V M C L X V I I I.

RIA sunt, stante legitimatiōe facta per D. Comitem de Ioanne filio dñi Andræ ad petitionem, & instantiam d. Andræ, super quib. dubitatur: Primum, an legitimatio sit inuolunda ex eo, q̄ pro parte dñorum Andræ, & Ioannis non fuit expressum ipsi D. Comiti, q̄ D. Andreas esset clericus in sacris constitutus tpe, quo procreauit d. Ioannem, & sic sit nulla legitimatio ex eo, q̄ non fuit facta mētiōe de qualitate illegitimationis d. Ioannis. Secundum est, posito, q̄ legitimatio ualeat, an ipse Ioannes possit succedere in bonis emphyteoticis, quæ habuit D. Andreas à ciuitate, seu à priuato. Tertium est, an stante clausula appolita in priuilegio, absq; tñ præiudicio ascendentū, & descendentū, qui ab intestato succederent, & admitti deberent in legitima dumtaxat eisdem ascendentibus, & descendentibus, debita, possit d. Ioannes legitimatus succedere in bonis, & hereditate d. D. Andræ, qui ab intestato decessit, relicti cōsanguineis collateralibus, qui de iure fuissent ab intestato successuri: Possent pro discussione horū dubiorū plura dici, sed requisitus solū de simplici conclusione, super his breuiter absq; disputatione, & cōsuctu argumentorum dicam sententiā meā. ¶ Quoad primū itaq; dubium rādeo, q̄ legitimatio fuit ualida, tñ ipse D. Comes, qui ex priuilegio habuit potestatem legitimandi naturales, spurios, incestuosos, manieres, bastardos, & ex quocunq; illicito coitu procreatos, censetur habuisse potestatem legitimandi et natos ex clericis in sacris constitutis, qui comprehenduntur appellatione spuriorum, qui licet patrē habeant certum, tñ habent talem, qualem fm̄ ius, & honestatem demonstrare non possunt, seu demonstrare nō est eis licitum, ut colligitur ex ijs, quæ uoluit glo. in c. tanta qui fil. sint legit. & expressē hñ per moder. in ca. per venerabilem qui fil. sint legit. in fin. 10. col. Quinimō t̄ contineri possunt appellatione naturalium, quod est nomen gñale ad oēs natos ex illicito coitu, ut traditur per glo. in d. c. per venerabilem in uer. naturales, & ibi Abb. illā ponderat, & sequuntur Moder. in 11. col. Et ideo inferunt, t̄ q̄ ad hoc, ut legitimatio ualuerit, & dicatur ualida, satis fuit facere mētiōē de hm̄i qualitate spurietatis in genere, absq; eo q̄ spāliter, & expressē facta fuerit mētiō de hac qualitate spurietatis, v3, q̄ natus fuerit ex clerico in sacris constituto, ut uoluit Roman. in consil. suo 194. in Christi nomine amen, in proposita consultatione per text. in authen. quibus mod. natura.